Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



deus bestias terre secundum species
suas: et iumenta et omne repti
le terre in genere suo Et vidit
deus quod esset bonum: et ait: Fa
ciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram: ut preesit
pisibus maris et volatilibus
celi et bestiis universeque terre
omnique reptili quod movetur
in terra Et creavit deus homi
nem ad ymaginem suam ad ymaginem
dei creavit illum masculum et fe
minam creavit eos. Benedixit
que illis deus et ait Crescite et
multiplicamini et replete
terram. et subiicite eam et domi
namini pisibus maris et vola
tilibus celi. et universis animan
tibus que movetur super ter
ram Dixitque deus Ecce dedi vo
bis omnem herbam afferen
tem semen super terram. et uni
versa ligna que in semetipsis
habent sementem generis sui.
ut sint vobis in escam et cun
ctis animantibus terre omnique volu
cri celi et universis que movetur
in terra. in quibus est anima
vivens: ut habeant ad vescen
dum Factum est ita Vidit que
deus cuncta que fecerat et erant
valde bona Et factum est vespe
re et mane dies sextus Igitur per
fecti sunt celi et terra: et omnis ornatus
eorum Complevitque deus die
septimo opus suum quod fecerat.
et requevit die septimo ab omni
bus operibus quod patraverat Qui
lecta dicat sacerdos sine salu
tatione et sine genuflexione
Deus qui Collecta Oremus
Omnipotens mirabiliter hominem cre
asti et mirabilius redemisti.
da nobis quesumus contra oblectamen
ta peccati mentis ratione pollere
ut meremur ad gaudia eterna
pervenire Per dominum Deinde leco sadi
Factum est in vigilia matu
tina: et erat respiciens
dominus super castra egyptiorum per columnam
ignis et nubis interfecit
exercitum eorum. et subvertit rotas
curruum. ferebantur que in pro
fundum Dixerunt ergo egyptii
fugiamus israhelem. dominus
enim pugnat pro eis contra nos
Et ait dominus ad moysen Exten
de manum super mare: et revertan
tur aque ad egyptios super
currus et equites eorum Cumque ex
tendisset moyses manum contra
mare: reversum est primo diluculo
ad priorem loci suum fugientibus
que egyptiis occurrerunt aque:
et involvit eos dominus in medios
fluctibus Reversee que sunt aque
et operuerunt currus et equi
tes cuncti exercitus pharaonis:
qui secuti ingressi fuerant
mare. nec unus quidem sup